



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

IV. An sit licita Resignatio Beneficij in favorem tertij, vel reservatâ annuâ
Pensione?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

Q U Æ S T I O I V.

37. An sit licita Resignatio Beneficij in favorem tertij, vel reservatâ annuâ Pensione?

Resignatio
in favorem
tertij, an sit
licita?

37. **C**ONCL. I. Resignationes in favorem tertij, seu cum clausula, *Non aliter*, ob speciem Simoniz, quam habent, juxta Stylum Curiz non possunt fieri, nisi in manus Summi Pontificis. Ita Lessius *lib. 2. de just. & jur. cap. 35. dubit. 14.* post Navarrum, Rebuffum, & alios; ac sequitur Engel *tit. de Renunciat. num. 8.* citans communem omnium doctrinam, & in praxi observatam. Ratio est: quia Resignationes Beneficiorum in favorem tertij, speciem quandam præferunt hereditariæ successioni; quam Sacri Canones semper detestantur, volentes, ut Beneficia Ecclesiastica secundum merita personarum, & quidem dignioribus, conferantur. Accedit quod ejusmodi Resignatio cum clausula, *Non aliter*, si fiat in manus Episcopi, aut alterius Papæ inferioris, vel contineat Simoniam juris Ecclesiastici, ut multi volunt; vel saltem speciem talis Simoniz: *Cum in spiritualibus omnis pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, cap. ult. de Pactis. juncto c. Quæsitum. de Rerum permutat. ibi: Pactio præmissa circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simonia.*

Quid si quis
simpliciter
resignet &
certam pen-
sionem so-
lum recom-
mendet?

38. **C**ONCL. II. Si quis tamen simpliciter resignet, & per modum recommendationis potius, quam rigorosæ obligationis, Episcopo certam aliquam personam nominet, non est jure prohibitum, quin Episcopus possit personæ recommendatæ, si ea cæteroquin idonea fuerit, e usque qualitas mereatur, Beneficium illud conferre. Ita Zoësius *tit. de Simonia, n. 72.* Covarruvias *lib. 1. var. resol. cap. 5. num. 5.* & Engel *loc. cit. num. 8.* Idque destimatur ex *c. Cum universorum. de Rerum permut. & c. Ex parte N. de Offic. Jud. deleg. ubi similes Resignationes leguntur, nec tamen ex hoc capite reprobantur, quamvis ex aliis rationibus non teneant.*

An tunc pi-
scopus re-
comendat, vel
possit huic
conferre?

39. Notandum tamen cum citatis Auctoribus, quod factâ ejusmodi resignatione purè ac simpliciter in manus Episcopi, haud obitante, quod preces pro aliquo oblata fuerint, Episcopus non sit adstrictus, ut huic conferat Beneficium; neque injuriam faciat nominato, si alteri conferat. Ratio est: quia, cum Re-

Renunciatio in favorem tertij sit Jure prohibita, simulque Resignatio Beneficij debeat fieri pure; hoc ipso non potest illi nominato jus quodpiam fuisse acquisitum (nam sola precum interpositio tale jus non tribuit) & consequenter neque injuria per denegatam collationem eidem irrogabitur. Attamen non peccabit Episcopus, si conferat Beneficium nominato, pro quo preces sunt oblatae, dum modò aliud canonicum impedimentum non obstat, & personae qualitas id mereatur, ut dicitur *num. praec.*

40. CONCL. III. Resignare Beneficium Ecclesiasticum reservatà annuâ Pensione, coram Episcopo, vel alio collatore Papâ inferiore, regulariter loquendo non licet. Ita communis.

41. Ubi notandum, quòd per Pensionem in proposito intelligatur jus percipiendi partem fructuum ex Beneficio alieno, auctoritate Superioris cuiuspiam justa de causa constitutum: ut si auctoritate Episcopi assignetur Parocho, ob senectutem v. g. resignanti, certa pars reddituum illius Beneficij, ab ejus successore ipsi persolvendorum ad honestam vitae suae sustentationem. Hoc praenotato

42. Conclusio probatur ex eo: quia Beneficia Ecclesiastica sunt conferenda sine diminutione; id est, sine novi oneris impositione, aut aliqua fructuum detractioe; prout habetur toto Titulo, *Ut Beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferantur*: atqui hoc non fit, quando constituitur cuiuspiam pensio in Beneficio; ergo.

43. Additur in Conclusionem, *regulariter loquendo*. Nam ex justa & rationabili causa potest non solum Summus Pontifex, sed etiam Episcopus, Pensionem in Beneficio constituere: ut puta quia resignans est aetate decrepitus, vel infirmus, ut sic ex Pensione habeat, unde honestè sustentetur; vel quando pro bono pacis fit Resignatio Beneficij litigiosi, & hujusmodi. Barbosa *part. 3. de offic. & pot. Episc. allegat. 85. num. 3.* Engel *tit. de Renunciat. num. 10.* & alij. Hoc ipsum desumitur ex *c. Nisi essent. de Praebend.* ubi legitur quaedam provisio, seu pensio quadraginta librarum, resignanti pro bono pacis per Judices facta, & per Papam tolerata; ergo pariter nihil obstat, quin pure ac simpliciter resignanti Episcopus ex ejusmodi justa causa possit Pensionem aliquam constituere. Quinimò pro ea sibi constituenda potest ipsemet resignans, ut securior sit, Episcopo ante Resignationem

Resignare Beneficium reservatà pensione, an liceat? Pensio, quid?

Id regulariter illicitum.

Tamen ex justa causa potest Episcopus constituere pensionem in Beneficio

Et resignans pro ea sibi constituenda supplicare.

Q U Æ S T I O V.

An, & quomodo possit fieri Permutatio Beneficiorum
Ecclesiasticorum.

Permutatio
Beneficiorum
propriâ au-
thoritate
fieri nequit:

44. **C**ONCL. I. Etsi illicita sit, quin etiam accedente pactio-
ne Simoniaca, permutatio Beneficiorum Ecclesiasti-
corum privatâ authoritate facta; atque insuper Bene-
ficia Ecclesiastica perdant, qui ea propriâ authoritate commu-
tant: nihilominus licita est resignatio Beneficiorum causâ per-
mutationis inter personas Ecclesiasticas idoneas, authoritate le-
gitimi Superioris interveniente. Ita certa, & communis; pa-
tētque singula ex diversis textibus Juris. Et quidem prima pars
habetur c. *Quæsitum. de Rerum permutat.* ibi: *Generaliter tenes,*
quod commutationes prebendarum de jure fieri non possunt, præsertim pa-
rtione præmissâ, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem
semper continet simonia, cum concordantijs. Deinde, quod per-
dant sua Beneficia, qui eadem propriâ authoritate permutant,
textus est clarus in o. *Cum olim. cod.*

Secus, acce-
dente au-
thoritate
Superioris.

45. Altera pars Conclusionis, quod videlicet legitimâ Su-
perioris authoritate interveniente, licita sit resignatio Bene-
ficiorum causâ permutationis, habetur cit. c. *Quæsitum. de Rerum*
permutat. junctâ *Clem. un. cod.* Ubi insuper additur, quod si qua-
Beneficia ex causâ permutationis ab aliquibus resignata fue-
rint, ea alijs, quàm ipsis permutare volentibus conferri nequeant;
alioquin collatio nullius sit firmitatis.

Solvitur in-
stantia,

46. Nec obstat textus c. *Majoribus. de Prebend.* ibi: *Divi-*
sionem prebendarum, aut dignitatum per] mutationem fieri prohibemus.
Resp. enim cum Glossa ibidem, id intelligendum sine authoritate
Superioris: Superior enim, si expedire viderit, poterit admittere
resignationem causâ permutationis factam, per textus *num.*
præc. allegatos; etsi ejusmodi permutatio propriâ authorita-
te nequiquam fieri possit. Et hoc modo concordantur jura ju-
ribus.

Forma &
modus per-
mutandi
Beneficia,
qualis?

47. **C**ONCL. II. Forma, & modus permutandi Beneficia,
est: ut ea Clerici resignent in manus Ordinarij, exprimentes,
quod id causâ permutationis faciant; ita tamen, quod prius ac-
celle-